



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

Capvt. VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

rumpet vinū nouū vtres, & ipsū effundetur, & vtres peribūt,
Sed vinū mustum in vtres nouos mitendū est, & vtraq; conser-
uant. Et nemo qui biberit vetus, statim vult nouū, dicit enim, ve-
tus melius est.

¶ CAPVT. VI.

Cecidit autē, vt in sabbato secundo primo transiret p̄
a sata, ac vellebant discipuli eius spicas, edebantq; con-
fricantes manibus. Quidā autē pharisæorū dicebant
illis: Quid facitis, quod non licet facere in sabbatis? Et respon-
dens Iesus, ad eos dixit: Ne hoc quidē legistis, quod fecit Dauid
cū esurisset ipse, & qui cū illo erant, quomodo intrauit in domū
dei, & panes propositionis sumpsit, editq; ac dedit etiā his qui
secū erant, quos nō licet edere, nisi tantū sacerdotibus? Et dicebat
illis, dñs est filius homīs etiā sabbati. Factum est autē & in alio sab-
bato, vt intraret in synagogam ac doceret. Et erat ibi homo, &
manus eius dextra erat arida. Obseruabāt autē eū scribæ ac pha-
risæi, an in sabbato sanaturus esset, vt inuenirent vnde accusarent
eū. Ipse vero sciebat cogitationes eorum, & ait hoī qui habebat
manū aridam: Surge, & sta in medio, & surgens stetit. Ait igit̄ ad
illos Iesus. Interrogabo vos, vtrum licet sabbatis benefacere, an
malefacere, animā seruare an p̄dere? Et circūspectis oībus, dixit
homī: Extende manū tuā. Ille autē fecit, & restituta est manus eius
sana sicut altera. Ipsi autē repleti sunt amentia, & colloquebantur
inter sese, quid nam facerent Iesu. Factū est autē in illis diebus, ex-
iit in montem ad orandum, eratq; pernoctās in deprecatione dei.

Et cū dies factus esset, vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & apostolos noiauit, Simonē, quem & nominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobū & Ioannē, Philippū & Bartholomeū. Mattheū & Thomā, Iacobū Alphaelii & Simonē qui vocat̄ Zelotes, & Iudā Iacobi & Iudam Iscariotē, q̄ idē fuit proditor. Et descēdēs cū illis stetit in loco campesfri turbacq; discipulorū eius, & multitudo copiosa plebis ex omni Iudæa & Hierusalē, & a maritima Tyro & Sinode, qui uenerant ut audirent eū, & sanarent̄ a morbis suis, Et qui vexabant̄ a spiritib⁹ imundis, & sanabant̄ Et oīs turba q̄rebat eū tangere, q̄ virt⁹ ab illo exibat, & sanabat oēs. Et ipse attollēs oculos suos in discipulos, dicebat: Beati pauperes, q̄a uestrū est regnū dei. Beati qui esuritis nunc, quia saturabimini. Beati qui fletis nūc, quia ridebitis. Beati eritis cū vos oderint hoīes, & separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomē uestrū tanquā malū propter filiū hominis. Gaudete in illo die & exultate, ecce enī merces uestra multa est in cœlis. Secundū hæc enim faciebāt prophetis patres eorū. Veruntamē v̄x vobis diuitibus, qui habetis cōsolationem uestrā. V̄x vobis, qui saturati estis, quia esurietis. V̄x vobis, qui ridetis nunc, qui lugebitis & flebitis. V̄x cū laudauerint vos oīs hoīes, Secundū hæc enim faciebant pseudo prophetis patres eorum. Sed vobis dico qui auditis: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui vos oderunt. Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos. Percutienti te in maxillā, prebe & alterā, & ab eo qui aufert tibi palliū, etiā tunicā noli prohibere.

hibere. Omni autem exigenti abs te, tribue, & ab eo qui aufert
quæ tua sunt, ne reposcas, & prout vultis vt faciant vobis hoïes, vos
quoq; facite illis similiter. Et si diligitis eos qui vos diligunt, quæ
vobis est gratia? Nã & peccatores eos a quibus diligunt, diligunt.
Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia?
Siquidẽ & peccatores hoc faciunt. Et si mutuũ dederitis his a qui-
bus speratis vos recepturos, quæ gratia est vobis? Nam & pec-
catores, peccatoribus dant mutuũ, vt recipiant paria. Quin imo
diligite inimicos vestros, & benefacite, & mutuum date, nihil
inde sperantes, & erit merces vestra multa, & eritis filij altissimi,
quia ipse benignus est erga ingratos ac malos. Estote ergo mise-
ricordes, sicut & pater vester misericors est. Nolite iudicare, &
nõ iudicabimini. Nolite cõdemnare, & non condẽnabimini. Re-
mittite, & remitteẽ vobis. Date, & dabit vobis. Mensurã bonam
& cõfertã, & cõussam atq; exundantẽ dabũt in sinum vestrũ. Ea-
dẽ quippe mẽsura qua metimini, metient alij vobis. Dicebat autẽ
illis similitudinẽ: Nunquid potest cæcus cæcũ ducere? nõne am-
bo in foueam cadũt? Non est discipulus supra magistrum suum:
perfectus autem omnis erit, sicut magister ipsius. Quid autem
vides festucam in oculo fratris tui, trabem autẽ quæ in oculo pro-
prio est, non animaduertis? Aut quomodo potes dicere fratri tuo:
frater, sine eijciam festucam quæ in oculo tuo est, ipse in oculo
tuo trabem non vides? Hypocrita, eijce primum trabem ex ocu-
lo tuo, & tunc perspicies, vt eijcias festucam, quæ est in oculo
fratris tui. Non est enim arbor bona, quæ facit fructum malũ:

necq; arbor mala, faciens fructum bonum. Vna queq; enim arbor ex fructu suo cognoscitur. Neq; enim e spinis colligunt ficus, neq; e rubo vindemiant vnam. Bonus hō ex bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo ex malo thesauro cordis sui profert malū. Ex abundantia enī cordis loquit̃ os eius. Quid autē vocatis me dñe, dñe, & non facitis quæ dico? Quisquis venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis, cui similis sit. Similis est hōi, ædificanti domū: qui fodit in altū, & posuit fundamentū super petrā. Inundatiōe autē facta, illisum est flumē domui illi, & nō potuit eā mouere. Fundata enī erat super petrā. Qui autē audiuit & nō fecit, similis est homini, qui ædificauit domū suā sup terrā, absq; fundamēto, in quā illisus est fluiuius, & continuo cecidit, & facta est ruina domus illius magna.

¶ CAPVT. VII.

Um autē consumasset oīa verba sua audiente populo intrauit Capernaū. Centuriōis autē cuiusdā seruus male habens, agebat animā, qui illi erat charus. Cū audisset autē de Iesu, misit ad eū seniores Iudeorū, rogans eū, vt veniret & seruaret seruū suum. At illi cum venissent ad Iesum, rogabant eum studiose, dicentes: Dignus est, vt hoc illi præstes, diligit enī gentē nostrā, & synagogam ipse ædificauit nobis, Iesus autē ibat cū illis. Et cū iam non longe abesset a domo, misit ad eū Centurio amicus, dicens ei: Dñe, noli vexari. Non enim sum dignus, vt sub tectum meum intres. Quapropter nec me ipsum sum dignū arbitratus, vt venirem ad te, sed dic verbo, & sanabitur